

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Aliqvot // [Aliquot] Epistolæ Reverendi // Patris Piæ  
Memoriæ D. // Martini Lutheri quibusdam Theologis // ad  
Augustana comitia Anno 1530 scri//ptæ**

**Luther, Martin**

**[S.l.], 1549**

**VD16 L 3724**

Doct. Mart. Luth. ad Philip. Melanth.

**urn:nbn:de:bsz:31-61767**

catores esse in ista sancta & diuina causa, etiamsi  
in nostris uijs mali sumus. Sed tu non audis ista.  
Ita Sathan te affligit & egrotare facit, medeatur  
tibi Christus, quod ualde & assidue oro. Amen.  
Opto mihi dari occasionem accedendi ad uos, quan-  
quam ardeo non uocatus uenire. Gratia Dei te-  
cum & cum omnibus nobis. Die Petri & Pauli. An-  
no. 1530.

DOC. MART. LVTHE.  
ad Philip. Melanth.

**G**Ratiam & pacem in Christo, Domino etiam  
Hostium suorum frisch hindurch. Lau-  
do Deum, qui aduersariorum confutationem  
sic ineptam parauit. Christus uincit & regnat,  
fiant sane demones, si ita uolunt, Monachi uel Nō-  
ne quoq;. Nec forma melior eos decet quam qua  
sefe hactenus mundo uendiderunt adorandos. Ego  
plane augurabar esse turbas aliquas Augustæ, Sic  
enim hic surebant uenti & pluuie ut ipso pene so-  
no terrerer nec redijt serenum. Incipio uos deside-  
rare, ut reduces Dominus breui faciat Amen.

Nonne & ego prædixi frustra te cruciari de  
traditionibus, quòd ea res nimis superet captum  
Sophistarum. AETerna fuit disputatio de legibus,  
etiam apud summos uiros, Et plane Apostolicū est  
de eis

12.

Adde no-  
uos interi-  
mistas.

de eis purè et certe iudicare. Nullus enim extat au-  
thor præter unum Paulum, qui plene & perfecte  
de hac re scripserit. Quia mors totius rationis est  
legem iudicare, Solus spiritus hic iudex est. Quid  
igitur sophistæ hic possent etiam ratione priuati?  
**Wolan wir haben ihm genug gethan.**  
Tempus nunc est faciendi soli Domino, qui regat et  
seruet uos Amen. Ego tædio quoq; non tantum ca-  
pitis morbo Ezechielem posui, interim minores  
prophetas uerto, Et in hebdomada ista absoluaui  
Deo uolente, super est enim Aggeus tantum &  
Malachias. Solacij gratia sic exerceo me in illis po-  
tius quam laboris. Saluta omnes nostros reueren-  
ter, Ex Eremo. 15. Augusti. Anno. 1530.

DOCT. MART. LVTH.  
ad Iustum Ionam.

134. **G**Ratiam & pacem. Ex proximis literis ue-  
stris optime Iona intellexi uos non concessisse  
in postulata ab aduersarijs, idq; letus intel-  
lexi expectans uos quotidie reduces siue maledictos  
siue benedictos. Sed ecce interim tonitrua & ful-  
gura ad me feruntur à quibusdam nostrorum mag-  
nis & multis, uos causam prodidisse, & propter  
pacem plura concessuros esse. Ego contra scio in-  
quam à uostis mihi scriptum esse conditiones pro-  
positas